

gancia talem consuit: Ita etiam in Logicis qui exercitii gratia sponie Syllogismum 4. terminis constantem facit, is tantum abest ut vituperetur à doctioribus, ut potius laudem consequatur; quam tamen vix reportabit, si ex ignorantia adversario, bonam formam exigenti Syllogismum ex puris particularibus faciat.

§ 17 Quando Artis dicitur esse Virtus, Virtutem Moralem b. l. intelligere solent, quæ artis usum redificet. Vid. Burlaus ad hunc locum. Nos notamus (1) ex lib. 1. M. M. C. 4. & ex lib. 6. Eth. ad Nic. C. 2. quod Virtus sit optimus Habitus (2) Cùm duæ saltem sint partes Intellectus, duæ saltem erunt Intellectus Virtutes (contra illos qui quinque statuunt) utriusq; sc. Partis optimus Habitus Cap. 2. jancit. (3) Cùm boni Intellectus Habitus sint quibus ille Veritatem enunciat, optimi erunt quibus maximè enunciat Veritatem Intellectus. Secundum quos Habitus utraq; pars Intellectus maximè (quæ vox in Latinis versionibus pessimè est omissa) veritatē dicit, illi utrisq; Virtutes erunt lib. 6. Eth. C. 2. in fine, maximè v. enunciat Veritatem circa ea quæ reliquis ut vera sint causæ existunt, juxta cap. 2. § 14. & cap. 7. § 12. lib. 1. Post. in primis Cap. 1. lib. 2. Met. talia v. principia erunt. Constat itaq; Sapientiam esse alterius partis Virtutem Cap. 13. lib. 6. Eth. q. Principia cognoscit illorum quæ sunt in illo Intellectu; alterius v. Prudentiam C. 5. lib. Cit. quia Principia novit finem sc. actionum humanarum.

§ 18 Quamvis a, uti ex dictis constat, Scientia & Ars non sint Virtutes Intellectus, hujus sc. vel illius partis Optimi habitus, illarum, tamen Virtus esse potest, ita ut laudem, quæ Virtutem concomitatur lib. 1. Eth. C. 12. consequantur illarū possessores uti enim ex Habitibus illos, qui sunt laudabiles, Virtutes dicere solemus, juxta C. 13. l. 1. Eth. ita juxta C. 6. ex Artificibus illi qui excellunt, virtute artis præditi dicuntur, Obs. itaq; quod per Virtutem Artis &